

*Rossius, temporibus Magnentii vel Nepotiani, quem consulatum in fastos vulgares non receptum esse non est mirum (aliter de tituli aelate iudicaverat Mommsen eph. ep. 1 p. 153, sed cf. eph. ep. 4 p. 186).*

**1239** Adelfi. | Clodio Celsino insigni | et c. v., praestanti benivolentia  
auctoritate ius|titia, corr.<sup>1</sup> regionum | duarum memorabili | et praeteritorum  
iudi|cum exempla virtuti|bus omnibus supergres|so, ordo splendidis|[s]imus<sup>2</sup>  
Beneventane | civitatis patrono | dignissimo.

*Beneventi (IX 1576 vidit Mommsen, recognoverunt Hirschfeld et Dressel).  
— 1) Correctori. — 2) splendidis|bimus lapis. — De Clodio Adelfio praefecto urbis  
a. 551 cf. Ammian. 16, 6, 2 et praeterea Seeck Symm. p. XCV.*

**1240** Populonii. | L. Aradio Val. Proculo v. c., | auguri, | pontifici  
maiori, | quindecimviro sacris faciundis, | pontifici Flaviali<sup>1</sup>, | praetori tute-  
lari, | legato pro praetore provinciae Numidia<sup>2</sup>, | peraequatori census provin-  
ciae Calliciae (*sic*), | praesidi provinciae Byzaceniae, | consulari provin-  
ciae Europae et Thraciae, | consulari provinciae Siciliae, | comiti ordinis  
secundi, | comiti ordinis primi, | proconsuli provinciae Africae vice | sacra  
iudicanti eidemq. iudicio sacro | per provincias proconsularem et | Numi-  
diam Byzacium ac Tripolim | itemque Mauretanium Sitifensem et | Caesa-  
riensem | perfuncto officio praefecturae praetorio<sup>3</sup>, | comiti iterum ordinis  
primi intra Palatium, | praefecto urbi vice sacra iterum iudicanti<sup>4</sup>, | con-  
suli ordinario.<sup>5</sup> | Huic corpus suariorum et confectuariorum | auctoribus  
patronis ex affectu eidem iure debito | statuam patrono digno ponendam  
censuit.

*Romae rep. in monte Caelio a. 1561, extat in villa Caeliana Matthaeciorum  
(VI 1690 vidit Henzen). Similis fuit basis eidem Valerio Proculo dedicata a Puteo-  
lanis (VI 1694). — 1) Cf. supra N. 703 not. 12. — 2) De hoc munere cf. Mo. C. VIII  
p. 408. — 3) Cum proconsul esset Africae, iussu principis etiam vices praefectorum  
praetorio egit per dioecesem Africanam. — 4) Praefectus urbi fuit Proculus a. 557.  
— 5) A. 540. — Post has bases positas Proculus factus est iterum praefectus urbi  
a. 551/2. Idem celebratur apud Symmachum ep. 1, 2.*

**1241** hic bis praefectus patriae<sup>1</sup>, | praefectus et idem |  
hic Libyae<sup>2</sup>, idem Libyae | proconsul et ante, |  
ter vice qui sacra | discinxit iurgia iudex<sup>3</sup>, |  
consul et aeterno | decoravit nomine fastos. |  
Cetera quid memorem | tanto sub iudice gesta, |  
cum Proculum videas | toto qui natus honori est? |

Collegium suariorum patrono | prestantissimo.

*Romae rep. ibi ubi N. 1240 (VI 1695 saepius descripta saec. XVI). — 1) Signi-  
ficantur duae urbanae praefecturae Proculi (cf. ad N. 1240). — 2) Significatur  
administratio dioecesis Africanae (N. 1240 not. 5). — 3) Vice sacra iudicavit pri-  
mum proconsul Africae, iterum tertiumque praefectus urbi.*

**1242**

Populonii. |

Ille ego sum Proculus, | totus qui natus honori. |